

1695 Vendita della Tenuta della Caffarella a Maria Camilla Pallavicini Rospigliosi

Archivio di Stato di Roma – Notai dell’Auditor Camerae  
Paulus Fatius<sup>1</sup> Notarius, cc. 468r-485v

© 2015 Roberto Vergara Caffarelliae

[c. 468r]

Venditio<sup>2</sup> Tenuta Pro Ill[ustriss]ma, et Exc[ellentiss]ma D. Princi[pi]ssa D. Maria Camilla Pallavicini de Rospigliosijs

Cum sicut asseritur die 13 Novembris superioris anni 1694 seu &c. Ill[ustriss]mus D. Eques<sup>3</sup> D. Antonius Minutillus, tam nomine proprio, et uti Hæres usufructuarius cum Beneficio Legis, et Inventarij bo[næ] me[moriæ] D. Annæ Caffarellæ Uxoris praedefunctæ, quam etiam vice, et nomine, ac uti Procurator Ill[ustriss]mi D. Petri sibi ex eadem coniuge nati, ac Genitricis praemortuæ hæredis proprietarij itidem beneficiati imposuerit inquam, et vendiderit favore Ill[ustriss]mæ, et Exc[ellentiss]mæ D. Donnæ Mariæ Camillæ Pallavicini de Rospigliosijs Ducissæ Zagaroli unum annum perpetuum Censum<sup>4</sup> scutorum mille septuaginta duorum b. 50 super Casale, seu Tenuta Sancti Laurentij in agro Romano extra Portam Sancti Pauli, et super Palatio posito Romæ conspectu Ven[erandae] Ecclesiae Sancti[ssi]mi Sudarij Regionis S. Eustachij in solidum pretio scutorum triginta duorum millium, et quingentorum<sup>5</sup> monetæ, quæ prævio deposito in Banco Sancti Spiritus Creditoribus in Instrumento dicti census descriptis soluta fuerint, et forsitan pro aliqua esigua rata remaneant persolvenda cum cessione, ac respective subingresso ad Iura Creditorum, alijsque cautelis beneficio eiusdem Exc[ellentiss]mæ Ducissæ, ac prout ex Instrumentis impositionis, et venditionis dicti Census præcitata die, nec non solutionum successive intermedio tempore rogatis per acta mei &c ad quas [c. 468v] d[ictu]s Ill[ustriss]mus D[ominus] Don Petrus Neapoli tunc degens eundem Censum ratificaverit ex alio publico Inst[rument]o in eisdem actis meis die 9 Decembris proxime præteriti ex libito, ac in Instrumento dicti Census alligato, ad quod pariter &c.

Cumque adhuc prædictæ hæreditates pluribus alijs debitis remaneant obnoxia, cupientes ea propter ijdem D[omi]ni Eques Antonius, et D[on] Petrus eius filius, nedum ab illis, verum insimul ab Interusurijs dicti Census bona hæreditaria, seque ipsos esimere, nec cognoscentes desuper alio medio utiliori posse consultum iri, quam usque ad concurrentem ratam vendendo Stabilia uti minoris redditus; hinc inhærendo etiam dispositis in Testamento prælodatæ Donnæ Annæ Caffarellæ Coniugis, et Matris respective eadem Bona venalia exposuerunt, et quia adhibitis pluribus diligentijs nullam meliorem reperire, seu assequi potuerunt conditionem quam ex parte d[ict]æ Exc[ellentiss]mæ D[omi]næ Ducissæ Zagaroli, acceptantis emere Tenutam nuncupatam Fontis Virginis, seu La Caffarella, una cum vinea, et Canonibus activis respective in eius adiacentia pretio scutorum quadraginta unius millium, excomputando tamen, et compensando pro rata s[cutorum] 32500 cum sorte principali, et in extinctionem dicti Census, salvis semper infra apponendis declarationibus, et Cautelis pro regressu ad illius Iura, et circa eius reviviscentiam in omnem casum evictionis, et molestiarum super d[ict]a Tenuta, alijsque bonis vendendis, seu respective aliqua

<sup>1</sup> - Paolo Fazzi è stato notaio dell’Ufficio 3 dei Notai del Tribunale dell’Auditor Camerae dal 1693 al 1722.

<sup>2</sup> - L’atto è del 13 agosto 1695.

<sup>3</sup> - Antonio Minutillo era cavaliere di S. Iago, e non era ancora diventato marchese di Comignano.

<sup>4</sup> - La moneta romana era di scudi = 100 baiocchi = 1200 denari. Il baiocco in latino è *obulus*,

<sup>5</sup> - Sul capitale di 32.500 scudi il censo annuo di 1072,50 rappresenta un interesse del 3,3% esatto.

illorum parte. Pro alia vero rata scutorum 6500 deponendo, ad effectum istum persolvendi tot ex Creditoribus dictarum Hæreditatum et ab eis reportandi iurium Cessionem, vel animo in illa [c. 469r] succedendi, et subintrandi, ut inferius pinguis exprimetur, et denique investiendo pro residuo s[cutorum] 2000 in locis montium Cameralium non vacabilium ad effectum multiplicandi illorum fructus, et fructum fructus usque ad summam scutorum sexdecim millium comprehensis eisdem scutis 2000 cum adiectione vinculi in perpetuum pro omni, et quacumque evictione generali, et particulari d[ict]æ Tenutæ, et Bonorum vendendorum, ut etiam diffusius infra explicabitur.

Qua oblatione inter ipsos D[ominos] Equitem Antonium, et Don Petrum Patrem, et Filium circumspecte perpensa, et ponderata, cum agnoverint, illam fore ad modum iustam, et rationabilem, nec ab alijs repertam, magisque proficuum eam amplecti, quam sit ipsam Tenutam, et reliqua bona hæreditaria sub interusurijs præfati Census, et vexationibus aliorum Creditorum, ac periculo illorum subhastationis, et deliberationis, non sine maxima iactura retinere: ideo deliberarut ad cotractum d[ict]æ venditionis cum præfata Exc[ellentissi]ma D[omi]na Ducissa procedere: quamobrem

In mei &c. supradictus Ill[ustrissi]mus Eques Don Antonius Minutillus filius bo[næ] me[moriæ] Petri Minutilli Nobilis Patritius Neapolitanus mile militiæ Sancti Jacobi despata Haere usufructuarius beneficiatus supradictæ Donnæ Annæ Caffarellæ Coniugis dum vixit:

Nec non præfatus Ill[ustrissi]mus D. Don Petrus eius Filius, ac ut supra dictæ bo[næ] me[moriæ] Donnæ Annæ Caffarellæ Matris hæres proprietarius cum beneficiis Legis, et Inventarij natus Romæ et in vigesimo quinto ætatis anno constitutus, ambo mihi &c. optimi cogniti, ac ipse Don Petrus cum præsentia consensu, et voluntate [c. 469v] dicti D. Equitis Don Antonij Minutilli Genitoris ibidem præsentis, et medio iuramento tacta Cruce more &c. consentientis, et opportuno dantis, et præstantis, itaque omnia, et sigula laudantis, approbantis, et authorizantis; Atque nihilom[inu]s medio iuramento tactis &c. renuncians beneficio Leg[iti]mæ et 2<sup>æ</sup> Sf. (?) et Codic. quod cum eo, cæterisque Legibus, Statutis, privilegijs, et indultis favore filiorum familias quomodolibet cantantes, et disponentes de quibus se ad plenum informatum esse asseruit omni &c.

Qui contrahentes, et se obligantes insolidum &c. Respectu huius venditionis, ac omnium, et singulorum in præsentia Instrumento contentorum, seu quomodolibet ex inde quavis ex causa de præsentia, de præterito, et de futuro emergentium, et dependentium, seu quæ emergere, et dependere possent favore d[ict]æ Exc[ellentissi]mæ D[omi]næ Ducissæ, et suorum non solum nominibus hæreditarijs cum beneficio Legis, et Inventarij prænominatorum Prosperi, Petri, et Donna Anna de Caffarellis bo[næ] me[moriæ] verum etiam cumulatives nominibus proprijs tanquam principales principaliter, et in solidum, ac ultra vires prædictarum hæreditatum, et absque illarum discussione in omnibus, et per omnia, prout contraxerunt, et se obligarunt in instr[ument]o prænarrati Census ad quod &c.

Sponte &c. ac omni meliori modo &c. reservato tamen prius consensu, et beneplacito Emin[entissi]mi, et R[everendissi]mi D[omi]ni Cardinalis Petri Otthoboni uti Abbatis, et Præpositi Commendatarij Abbatia Sancti Sebastiani extra mœnia Urbis, aliorumque locorum piorum quibus, ut infra debentur, et solvuntur annuatim [c. 470r] infrascripti Census responsionem, seu Canones pro aliquibus partibus Tenutæ, et membrorum, qua in præsentia Instr[ument]o continentur, ac omnium Proprietariorum, si qui essent, et non alios &c. itaut per huiusmodi reservationem Ius aliquod seu actis nemini acquisitos intelligantur ultraquam unicuique competeret, et non alias &c. de quo &c. cura, sumptibus, et expensis communibus impetrando, et obtinendo, quatenus tamen consensus huiusmodi opus sit, et requiratur, et non alia &c. in perpetuum vendiderunt, et alienarunt, tituloque pura, perfecta, perpetua, ac irrevocabilis venditionis &c. dederunt, cesserunt, concesserunt, transtulerunt, atque mandarunt supradictæ Ill[ustrissi]mæ, et Exc[ellentissi]mæ D. Donnæ Mariæ Camillæ Pallavicinæ Rospigliosæ filia bo[næ] me[moriæ] Principis D[omi]ni Stephani Pallavicini nob[ili] Matronæ Romanæ et Uxori Ill[ustrissi]mi et ecc[ellentissi]mi D[omi]ni Ducis Don Joannis Baptistæ Rospigliosi Ducissæ Zagaroli absentis, Per [...] tamen, et admodum Exc[ellent]e D[omino] Francisco Fares filio q[uonda]m Nicolai Romano eius in hac parte Procuratore unanimes presentis, &c. pro dicta D. Ducissa de rato in forma promittente &c. ac pro eius Hæredibus, et Successoribus quibuscumq[ue] acceptante, et legitime stipulante.

Supradictum Casale, seu Tenutam nuncupatam Fontana Vergine, alias La Caffarella sitam in Agro Romano extra Portam S. Sebastiani, iuxta ab uno latere Tenutam nuncupatam Capo di Bove, ab alio res Abbatiae S[anc]ti Sebastiani, a capite Tenutam, seu Agrum nuncupatum Di Acqua Santa, et a pede Vineam seu Bona R[everendi] p[at]ri d[omi]ni Gualterij [c. 470v] salvis alijs pluribus, et varioribus confinibus &c. si qui &c. Rubrar[um] quinquaginta quinque circiter iuxta Plantam designandam, et conficiendam a D. Homa (?) Sperandeo Perito Agrimensore, ac ab eisdem Contrahentibus subscribendam, et mihi originaliter tradendam a estum (?) hic inserendi, ad quam &c. retento ab utraque Parte ipsorum Contrahentium alio exemplari eiusdem Planta pariter utrique subscribenda &c.

Item vineam eidem Casali, seu Tenuta adiacentem supra, et secus Fontem nuncupatum Fontana Bella iuxta ipsam Tenutam, et prope Ecclesiam Sancti Urbani, nec non bona Joannis Faragliae ab uno, Ecclesiae S. Mariae Storti, ab alio, et a reliquis bona, seu vineam Abbatiae Sancti Sebastiani, et Bona D[omi]ni Mantiole, salvis alijs &c. delineandam in eadem Planta colore flavo sub litt[era] A.

Item infrascriptos sex Canones activos ascendentes in totum ad scuta centum sexaginta unum, et obulos septem cum dimidio, ab infrascriptis personis debitos pro Vineis, et Arundines<sup>6</sup> respective in eadem Planta pariter demonstrandis cum suis opportunis confinibus sub colore violaceo.

Primum nempe scutorum nonaginta duorum o[bulorum] 45 debitum a D[omi]na Angela Francisca David, uti Cessionaria Constantiae de Marianis, et Donataria respective D. Marci Mariani ex Iuribus 1690 seu &c. productis coram Ill[ustrissi]mo D[omi]no A.C.met<sup>7</sup> per acta Franceschini nomine ipsius D. Angela Francisca ad qua &c. ac ex alijs Iuribus productis sub Annis praecedentibus p[er] acta mei Successoris Belletti nomine praefatorum D[ominorum] Marci, et Constantiae de Marianis, ac iuxta Investituras, seu alias [c. 471r] acquisitiones praeceteris ex Instr[ument]o p[er] eadem acta mei successoris eiusdem Belletti, inter bo[nae] me[moriae] Alexandrum Caffarelli et q[uonda]m Marcum Marianum Seniore di 16 Decembris 1606, ac ex alio Instr[ument]o inter eundem q[uonda]m Marcum Marianum Seniore, et Olympiam Maiolam die 4 Martij 1610 p[er] ea d[ict]a acta mei successoris eiusdem Belletti, ad quod &c. et pro quo Canone adest etiam obligatio D. Philippi Benci mariti eiusdem D. Angela Francisca tanquam principalis principaliter, et insolidum ex Instr[ument]o transactionis recepto p[er] acta Lamparini notarij Curiae Capitolinae die 22 Februarij 1693 seu &c.

Alterum scutorum viginti unius, et o[bulorum] 12 ½ debitum a D. Dominico Pignatello uti successore in Vineam, ut supra designanda Ven[erabilis] Archihospitalis Sanct[issim]ae Consolationis<sup>8</sup> Urbis vigore emptionis ex Instr[ument]o rogitu Vitelli notarij Capitolini Die 28 Aprilis 1661 ad quos &c. cui Archihospitali eadem Vineam obvenit ex ultima voluntate olim Pauli Verzoni Successoris Petri, et Nicolai de Verzoni, quibus die 7 Nov[emb]ris 1695 seu &c. per acta Abinantis notarij pariter Capitolini cessa fuerunt ab olim Andrea de Magistris petia<sup>9</sup> decem cum dimidia et ordinibus decem ex Vineam petiarum viginti octo, vendita eidem Andreae de Magistris die 3<sup>a</sup> eiusdem mensis Novembris 1605 per acta Capogalli notarij Capitolini a q[uonda]m Otthone Michaelis Angeli Petri de Aretio primo Investito, et Emphiteuta praefata maioris Vineam petiarum 28 ex concessione bo[nae]

---

<sup>6</sup> - Harundinetus = canneto.

<sup>7</sup> - Nuovo Campanini Carboni: «-met particella enclitica tafforzativa **stesso, proprio ipsomet e egomet**, io stesso, A.C.met sta per "stesso Auditor Camerae"».

<sup>8</sup> - ADONE PALMIERI, *Colpo d'occhio a Roma, ovvero Nuova Guida per i Forestieri*, Roma 1862, : «L'Arcispedale di S. Maria della Consolazione venne eretto nel 1455, ampliato nel 1660 dal Cardinal Cossa, e raccoglie tutti coloro d'ambi i sessi, che han d'uopo di pronto soccorso, siasi per ferite, per combustioni, fratture. La più grande Sala ariosa è lunga oltre palmi 337, larga 140, e 36 e mezzo alta. È riserbata per gli uomini, e possono capirvi 122 letti. Più piccolo è il braccio che accoglie le donne. Ogni anno v'entrano di 600 a 900 pazienti, e vi esistono 156 letti. ». L'ospedale è situato alle spalle della Chiesa di S. Maria della Consolazione, posta ai piedi della rupe Tarpea.

<sup>9</sup> - Da internet: «a partire dall'XI-XII secolo, il termine viene indicato nei documenti notarili secondo l'accezione di "petium", pezzo di terra

me[moriæ] Alexandri Caffarelli die 6 Iulij 1603 ex Instrumento p[er] eadem acta mei successoris antedicti Belletti, et prout de Testamento supranominati q[uonda]m Pauli Verzoni constat ex actis d. Vitelli notarij Capitolini die 18 Januarij [c. 471v] 1660 seu &c. ad quæ &c.

Tertium scutorum decem, et octo debitum pro alea Vineæ ab Ill[ustrissi]mo et Exc[ellentissi]mo D[omi]no moderno Duce Acquasparta, uti eius deliberatorio die X Februarij 1693 p[er] acta D[omi]ni Oliverij Successoris Viola connotarij ex credito contra D. Hieronimum de Franzonis cui præfata Vineæ vendita fuit a supramemorato bo[næ] me[moriæ] Pietro de Caffarellis sub reservatione dicti Canonis ex Instr[ument]o rogitu [...?] dicti Lamparini notarij Curia Capitolina die 19 Januarij 1682 seu &c. ad quod &c.

Quartum scutorum viginti trium debitum a D. Nicolas Aringo, ex Instr[ument]o emptioni Vineæ sibi vendita ab eodem bo[næ] me[moriæ] Pietro Caffarello die 31 Martij 1685 ex Instr[ument]o stipulato per acta iusdem Lamparini, ad quod &c.

Quintum scutorum quatuor super Arundineto debitum a Paulo Corradino Successore Jacobi Baldocci in duabus petijs Terreni ad usum Arundineti ex Instr[ument]o emptionis die XI Martij 1668 seu &c. penes Octavianum notarium Capitolinum, cui Jacobo Baldoccio die 13 gmbrijs 1606 p[er] acta Mori notarij pariter Capitolini vendita fuit Vineæ petiarum duodecimo, et unius quartæ alterius petia sub proprietate D[ominorum] de Caffarellis alias die 15 septembris 1633 acquisita cum altera Vineæ ab olim Christophoro Biganzuolo ex Instr[ument]o in actis Columnæ nunc Pelusij connotarij A[uditoris] C[ameræ].

Et sextum scutorum duorum o[bulorum] 50 super quondam Arundineto debitum a D. Julio Cortesio, ut dicitur constare per acta d[icti] Lamparini C[uriæ] C[apitolij] notarij seu &c. ex Instr[ument]o, quod d[icti] D[omini] venditoris promiserunt indicare ad omnem requisitionem d[ict]æ [c. 472r] Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Emptricis sub obligatione reciproca quatenus d[ictu]m Instr[umentu]m non reperiretur, vel e contra idem Canon appareret majoris summæ bonificandi illius pretium in rationem scutorum duorum, et o[bulorum] 25 pro quolibet centenariio scutorum, salvis semper plenioribus, et verioribus specificationibus eorundem Canonum, ac Vinearum, et fundorum, nec non quantitatem, prio quibus debentur, in eadem Planta apponendis, seu alias in præsentem Instr[ument]o, vel altera privata, seu publica scriptura deducendis omni meliori modo.

Cum omnibus, et singulis eorundem Casalis, seu Tenuta, Vineæ, et Canonum, et respective istorum proprietatis, et directi Dominij, Iuribus, membris, pertinentijs, adiacensijs, usibus, et commoditatibus universis, ac Ædificijs, Valchis, Hortis, hortaleis, Pratis, Arboretis fructiferis, et infructiferis, Pascuis, nemoribus, ac Terris Laborativis, et Sodivis, aquis, aquarum decursibus, Fontibus, rivis, omnibus que aquarum Iuribus &c. ac annexis, et connexis quibuscumque, omnique, et toto eo, quod tam ipsum Casale, et Tenuta, quam Vineæ, ac Iura proprietatum, et directi dominis habent, et continent in se, intra se, et sub se, nihilo penitus excepto, et dictis D[ominis] Venditoribus reservato, etiamsi essent Thesauri absconditi, et ex causa, et titulo venditionis, et alienationis huiusmodi cesserunt quoque exc[ellent]iæ suæ omnia, et singula Iura &c. nullo Iura &c. ad habendum &c. ponentes &c. constituentibus &c. et donec &c. constituerunt &c.

Huiusmodique venditionem, et alienationem d[icti] Ill[ustrissi]mi D[omi]ni eques Minutillus, et D. Petrus in solidum, ac nominibus, et stipulationibus, quibus supra, fecerunt, ac acere dixerunt, et declararunt erga dictam Exc[ellentissim]am D[omi]nam Ducissam Zagaroli absentem dicta stipulatione interveniente, præfato pretio, et pretijs nomine scutorum quadraginta unius millium monetæ Iuliorum decem pro scuto. In quorum computo pro rata scutorum triginta duorum millium, et quingentorum monetæ d[icti] D[omini] contrahentes, respective nominibus (sine [c. 472v] præiudicio, ac citra ullam novationem, ut infra, Iurium Anterioritatis, et potioritatis, ac alias quomodolibet, quomodocumque, et undecumque Excellentia suæ vigore præfati Censuum, et præcitarum solutionum Instrumentorum competens, proveniens, et resultans alijs que

infradicendis semper salvis &c.) sibi ipsis ad invicem, et vicissim excomputarunt, bonificarunt, compensarunt, et bona fecerunt sortem principalem præfati Censum scutorum triginta duorum millium, et quingentorum monetæ favore Excellentiæ suæ, ut prænararunt impositi, et venditi, de qua rata pretij, et sorte principale dicti census (premissis, et infradicendis semper salvis) sese mutuo, et reciproce quietarunt &c. exceptionis &c. speique &c. ad cautelam renuncian[tes] &c. etiam per pactu[m].

Reliqua vero scuta octomillia, et quingenta monetæ ad complementum dicti pretij remanentia d[ictu]s eques Minutillus, et D[ominus] Don Petrus eius filius nunc in mei &c. habuerunt, et receperunt ab eadem Excellentissima Domina Ducissa absente, dicta stipulatione interveniente, mediante ordine Banco Sancti Spiritus in Saxia de Urbe directo, similem summam continente, quem sumpta prius per me &c. illius copia collationata hic alliganda tenoris &c. ad se traxerunt &c. et tractos &c. vocarunt &c. de que eo, et summa in illo contenta, ex nunc pro [c. 473r] tunc, et quando illa exegerint d[ict]am Exc[ellentissim]am D. Ducissam absentem dicta stipulatione interveniente quietarunt &c. exceptioni &c. speique &c. ad cautelam renunciar[unt] &c. tiam per pactum &c.

Eademque scuta octo millia quingenta d[ictu]s Eques Minutillus, et d[ictu]s Don Petrus promiserunt etiam ad formam præinserti ordinis, relinquere, et deponere eodem Banco ad eorum creditum, ad effectum tamen ex inde persolvendi cum ordinibus subscribendis per eundem D. Don Antonium, et dictam Exc[ellentissim]am D. Ducissam ratam scutorum sex millium quingentorum monetæ aliquibus ex Creditoribus in foli[i]s, quod præ manibus habentes mihi &c. consignarunt hic alligandum tenoris &c. subscriptis, sive aliis eorum loco subrogandis non renuentibus solutionem sub infrascripto modo recipere, cum declaratione, quod pecuniæ proveniunt a d[ict]a Exc[ellentissim]a D[omi]na Ducissa, et ex pretio p[re]sentis venditionis, ac pacto, et Lege a dictis, quod d[icti] Creditores, et eorum quilibet in actu receptionis d[ictarum] pecuniarum pro rata unicuique eorum solvenda teneantur cedere, et transferre in eiusdem Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suorum &c. favorem omnia, et singula eorum lura, actiones, et privilegia quæcumque, tam prioritatis, quam potioritatis, seu alias quomodolibet, qualitercumque, et quomodocumque eis competentia, et competitura, tam contra hæreditates prædictorum Don Petri, et Donna Ana, quam contra hæreditatem supramemorati olim Prosperi Caffarelli Senioris fideicommittentis ac ipsos D[ominus] Venditores, et alios quoscumque super dicta Tenuta, Vinea, et Canonibus respective, et contra quæcumque alia Bona, vel personas obligatas talia, tamen qualia sunt &c. [c. 473v] ita quod contra Cedentes retorqueri nequeant etiam in concursu, isi &c. dato, et facto proprio tran[s]lative, et non estintive, ac ad meliori modo, quo de Iure fieri possit, ad excludendos omnes alios Creditores, seu Ius aliquod habere prætendentes, minus anteriores, et potiores, et ad omnes alios effectus ipsi Exc[ellentissim]æ D. Ducissæ, et suis &c. utiliores, ac magis proficuos, et opportunos, tam agendo, quam excipiendo, et semper omni meliori modo; et quatenus eadem lura cedere recusaverint ad effectum faciendi adhuc huiusmodi solutiones animo, et intentione, ut eadem Exc[ellentissim]a D. Ducissa, et suis in ipsa lura &c. succedant, et subintrent ac censeantur successisse, et subintrasse, ut illis possint, et valeant uti, et expediri, sicuti dictum est agendo, et excipiendo, ac [...?] expellendi quoscumque posteriores, seu minus privilegiatos creditores d[ictorum] bo[næ] me[moriæ] Prosperi Senioris, Petri, et Annæ de Caffarellis, dictorumque D[ominorum] Venditorum, ac se manutenendi in quieta, et pacifica possessione Tenutæ, Vineæ, et Canonum, ut supra venditorum, eorumque iurium &c. vel respective se relevandi contra quæcumque Bona, et personas obligata, ac ut supra ad omnes, et singulos alios fines, et effectus Exc[ellentissim]æ suæ, ac suis &c. magis utiles, proficuos, et competentes, ac placitos, et bene visos, nedum modo, et forma præmissis, sed et etiam omni alis meliori modo.

Et ulterius quia inter d[ictos] D[ominus] venditores ex na, ac creditores prædictorum olim de Caffarellis ex altera, nec non Exc[ellentissim]um Ducem Alexandrum de Caffarellis pariter ex alia pendent Judicia, et Lites enunciata in d[ict]o Instr[ument]o Censu p[er] act meis stipulato die 13 gmbreis proxime præteriti seu &c. ideo ipsi Ill[ustrissim]i D[omini] Don Antonius Minutillus, et Don Petrus venditores nominibus, et stipulationibus quibus supra, præservarunt sibi [c. 474r] ipsis lura faciendi extinctiones, et solutiones præfatas sub obligationibus, et cautionibus respective, quibus de Iure locus esset de restituendo Creditoribus prioribus,

et anterioribus, ac potiora lura habentibus super dictis bonis venditis, et de contribuendo cum æqualibus, præsertim in casum, quo vires hæreditariæ tam d[icti] D. Petri, quam d[ict]a D. Anna non suppeterent pro satisfaciendis respective ipsorum Creditoribus, et sicuti fuerit decisum, et iudicatum omni meliori modo, et in omnem casum præservarunt sibi ipsis lura faciendi dictas solutiones, prævijs quibusvis opportunis declarationibus, et protestationibus, quas omnino transmittere p[er] acta mei &c. seu de illis omnino docere infra 15 dies ab hodie proximos se obligarunt &c. repetendi ab ipsis Creditoribus summas eis persolvendas, ac respective persolutas tam respectu Capitalis, quam Fructuum, quemadmodum Iuris erit, iuxta exitum prædictorum Judicij, seu iudiciorum ut supra pendentium, et respective introducendorum, et non alias &c. de quo &c. ita quod &c. non solum ipso, verum etiam omni alio meliori modo.

Declaratione, et pacto præterea additis, quod omnes summæ, et quantitates, quæ iuxta exitum eorundem Iudiciorum possent a prædictis Creditoribus consequi, et recuperari, debeant deponi in Sacro monte Pietatis Urbis, vel ad effectum ill erogandi in satisfactionem aliorum Creditorum Jus habentium sup[er] dictis bonis venditis, de scientia tamen, et consensu d[ict]æ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suorum, vel ad effectum reinvestiendi in tot locis montium Cameralium non vacabilibus, quæ cedant, seu cedere debeant in complementum multiplici, ut infra conventi scutorum sexdecim millium pro rata in qua remanerat [c. 474v] non completum, ac principaliter, et primario sub expresso vinculi pro maiori securitate præsentis venditionis, ac implemento, et observantia omnium præsentis Instr[ument]o contentorum favore ipsius Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suorum ac secundario sub fideicommissis, et vinculis proportionabiliter, ac alijs obligationibus, et subrogative in eorum locum, quia sic &c. expresse ab abundantiore cautelam iterum declarando, quod infrascripta obligatio multiplicandi fructus, et fructuum fructus locorum montium emendorum ex rata scutorum duorum millium pretij huius venditionis cesset correlative respectu quantitatis, in qua idem multiplicum posset ex d[ictis] pecunijs recuperandis fieri, aut perferri, itaut in totum, et per totum illud non habeat excedere prædictam quantitatem, et cumulum sexdecim millium scutorum, quia sic &c.

Reliqua vero scuta duomillia monetæ ad effectum persolvendi cum similibus ordinibus pro multiplico in locis montium Cameralium non vacabilium favore d[ictorum] D[ominorum] Equitis Minutilli, et D. Petri eius filij cum declaratione etiam, quod pecuniæ proveniunt ex d[ict]o pretio, quodque ipsa loca montium, ut supra emenda, ac alia cum illorum fructibus, et fructuum fructibus acquirenda, semper, et perpetuo stent, et stare debeant, ut infra dicetur, obnoxia, affecta, obligata, et hypothecata pro omni, et quacumque eorundem Tenetæ, Vineæ, et Canonum, ut supra venditorum, eorumque Iurium &c. evictione generali, et particulari, iurisque, et facti defensione in forma Iuris valida, et in Urbe consueta, ac pro omnimoda observanda, et ad implemento omnium, et singulorum in præsentis Instr[ument]o [c. 481r] contentorum, et per d[ictos] D[ominos] Venditores favore d[ict]æ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ factorum, gestorum, et quomodolibet promissorum, et in eventum extractionis, seu extinctionis d[ictorum] locorum montium, ut supra emendorum, debeat pretium ex eis redigendum in Sac[ro] Monte Pietatis de Urbe, vel in dicto Banco S[anc]ti Spiritus deponi, et in alijs locis montium Cameralium non vacabilium cum scientia d[ict]æ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suorum &c. sub prædictis, et infradicendis declarationibus, conditionibus, vinculis, et multiplico reinvestiri, et sic toties quoties casus extractionis, seu extinctionis d[ictorum] locorum montium evenierit, debeat servari, et continuari faciendo semper in omnibus, et singulis Investimentis, et reinvestmentis præfatis specificam, expressam, et individuum mentionem, et declarationem penurias ex pretis eorundem Casalis, seu Tenetæ, ac Vineæ, et Canonum ut supra venditorum provenire, ac de præsentis eorum venditionis Instrumento, illiusque die, et anno, meque notario de eo rogato ad hoc, ut de præmissis evidentem, et effective appareat nedum, sed et etiam omni alio meliori modo.

Convenerunt præterea d[icti] D[omini] Contraentes dictis respective stipulationibus, et nominibus, quod fructus d[ictorum] locorum montium cum d[ictis] scutis duobus millibus, ut supra emendorum debeant, comprehensis eorum Capitali, ac alijs summis, si quæ interim ab assertis Creditoribus, ut supra recuperarentur, et in locis montium investirentur multiplicari, et prout ex istis fructibus successive summa sufficiens pro emendo loco uno eorundem montium congesta fuerit, in eo investiri favore d[icti] D[omini] Equitis Minutilli, et D[omini] Petri eius filij, ac suorum &c. pro evictione antedicta sub declarationibus, et conditionibus de quibus supra, et sic semper fieri, et impleri, quousque [c. 481v] cum fructibus, et Capitali, et respective cum quantitibus interim adversus Creditores fortasse recuperandis, idem multiplicum perficiatur, itaut donec istud non fuerit completum dicti venditores, et sui nequeant fructus, et fructuum fructus dictorum scutorum duorum millium in alium usum, quam investiendi et multiplicandi, ut supra erogare, et implicare, vel de eis quovis modo disponere, et semper cum eisdem declarationibus, et conditionibus apponendis il Litteris patentibus, tam quod pecuniæ a præsentis contractu proveniant, quam vincula in fructibus et fructuum

fructibus ad dictam summam, ac modo præmisso, quia sic &c. ac completo, et perfecto dicto multiplico, convenerunt, quod fructus deinde in posterum decurrendos eorundem locorum montium, ut supra multiplicandorum, d[icti] D[omini] venditores, et suis &c. libere consequi valeant, prout etiam declararunt, quod multiplico pendente libere pariter consequi valeant fructus quantitatum, quæ ab assertis Creditoribus forsàn vindicarentur, et in prædictis locis montium implicarentur, itaut quoad ista Sors, et Capitalia dumtaxat cedant in multiplicum, non autem fructus, quia sic &c.

Et super dictis locis montium, ut supra emendis, et multiplicandis, totoque, et integro multiplico prædicto, vel aliqua illius etiam parva, et minima summa nullo unquam tempore vis miserabilium, et privilegiatarum, etiam Dotis, et alimentorum, et alia quantumvis miserabili, et privilegiata causa cadat, vel cecidisse intelligatur in preiudicium d[ict]æ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suorum &c. qui sup[er] (?) eis semper, et perpetuo cæteris omnibus omnino præferantur, et prælationem habere debeant et in eventum quarumcumque molestiarum, seu evictionum super eisdem Casali, seu Tenuta, ac Vineâ, et Canonibus, ut [c. 482r] supra venditis, eorumque Iuribus &c. d[ict]æ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suis &c. quomodolibet, et quandocumque, ac in perpetuum inferer[?], et evenier[?] eidem Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suis &c. ultra alia Iuris, et facti remedia eis ex p[ræ]senti contractu, et infrascripta generali Camerali obligatione, ac alias quomodolibet, quomodocumque, et undecumque competen[tes?], provenien[tes?], et resultan[tes?], itaquod una via electa &c. sed &c. liceat, et licitum sit, ipsique possint, et valeant ad dicta loca montium, dictumque multiplicum pro tempore cum eis, ut supra facien[tibus?] liberum habere ingressum, et regressum, propriaque auctoritate, et de facto absque decreto alicuius Iudicis, vel Curie mandato, ac sine vitio spoli, et attentatorum, nullaque præcedente intimatione, seu interpellatione iudiciali, vel extraiudiciali, illorum veram, realem, actualem, et corporalem, civilemque, et naturalem possessionem capere, apprehendere, et adipisci, captamque, apprehensam, et adeptam retinere, et continuare, fructus exigere, et percipere, et proprios facere, absque eo, quod pro rato capitalis, quam relevarent molestiæ, et evictio excomputentus, seu excomputari debeant in sorte etiamsi maior esset redditus d[ictorum] locorum montium, quam redditus, seu fructus rata Capitalis evictæ seu molestijs obnoxia, item de actis quietare, et ad eorum libitum voluntaris de eisdem locis montium, totoque prædicto multiplico disponere, usque ad totalem molestiarum, et evictionum sublationem, et liberationem prædictaque toties quoties dictarum molestiarum, et evictionum casus evenerint facere;

Ad quæ omnia, et singula, et alia quæcumque desup[er] quomodolibet necessaria, et opportuna, ac solita, et consueta, dictæ Exc[ellentissim]æ D[omi]næ Ducissæ, et suis &c. bene visa, agendum, et faciendum [c. 482v] d[icti] Venditores in solidum fecerun constituerunt Pro[curato]res irrevocabiles ut in rem propriam etiam med.ta cruce mores et scripturis d[ict]as Exc[ellentissim]am D[omi]nam Ducissam, et suos &c. d[ict]a Stipulatione interveniente cum prædictis, et alijs quibuscumque facultatibus in præmissis quoquomodo requisitis etiam cum Clausula amplissima ad lites et facultate substituendi &c. et generaliter &c. promittentes &c. relevantes &c. et donec &c. constituerunt &c.

Et si pluris d[ict]o pretio s[cutorum] 41 m[illium] m[one]tæ d[ict]a Tenuta, it supra vendita cum Vineâ, Canonibus, et omnibus eius Iuribus [...?] valet, valeret, aut alias quomodolibet valere posset in futurum, totum illud plus, sive parva, sive magna quantitas sit, etiamsi dimidiam iusti pretij partem excederet, d[icti] D[omini] Eques Minutillus, et Don Petrus in solidum d[ict]æ D[ominæ] Ducissæ absen[t] d[ict]a Stipulatione intervenien[te], donatione pura, mera, simplici, et irrevocabili, quæ sit, fierique dicitur inter vivos, nullo Iure, nullaque de causa revocan. &c. donarunt, et elargiti fuerunt. Renuntiates propterea etiam med.ta Cruce more &c. Scripturis respective benefici leg[is] 2.<sup>a</sup> C[odice] de rescind[enda] vendit[it]ione, et l[ege] fin[ale]<sup>10</sup>, et l[ege] si unquam C[odice] de revocand[is] donat[ionibus]<sup>11</sup> cæterisque legibus, Statutis, privilegij, et Indultis favore Venditorum, et Donatorum quomodolibet cantan[tibus], et dispon[entibus], de quibus eorumque vi, effectum. Et importantia ad plenum informatos esse affirmarunt isto, et omni alio meliori modo &c.

Affirmarunt insuper ijdem Ill[ustrissim]i eques Don Antonius Minutillus, et Don Petrus eius filius in solidum, ac semper nominibus eorum proprijs, et ultra vires hæreditarias, modo quo supra d[ict]am Tenutam, ut supra venditam cum vinea, canonibus, et alijs omnibus eius Iuribus &c. fruisse, et esse d[ict]æ bo[næ] me[m]oriæ Annæ, et resp[ect]u eius Authorem hæreditariam, et ad illius hæreditatem, ac ipsos D[ominos] Venditores uti

<sup>10</sup> - Forse si tratta della *Lex finalis C. de edicto divi Hadriani tollendo ad favorem legatarii*.

<sup>11</sup> - Si veda TIRAQUELLUS, ANDREAS, *Commentariorum in l. Si unquam, C. De revocandis donationibus*, tomus sextus, ex postrema auctoris recognitione, in quibus præter propriam ac peculiarem eius l. materiam, disertè multa in omni disciplinarum genere et copiose tractantur ... Venetijs, apud Ioannem Baptistam Somaschum, 1588.

eius hæredes cum beneficis leg[is] et Inventarij spectasse, et pertinuisse, ac spectare [c. 483r] et pertinere, fuisseque, et esse exceptis annuis censibus, seu responsionibus, vel Canonibus infradicendis Proprietarijs debitis, si et quatenus tamen vere, realiter, et effective debeantur, ita ut per p[rese]ntem, et infradicendam expressionem in quantitate, seu in qualitate, vel alias quomodolibet, nulli eorum, nec alicui alteri personæ &c. Ius aliquod, seu actio acquiratur, et non alias, aliter, nec alio modo, de quo expresse protestati fuerunt, et protestantur, quæ protestatio pro repetitahabeatur in principio, medio, et fine, et in qualibet parte præsentis Instrumenti videlicet:

Scutorum septuaginta quinque Abbatia Sancti Sebastiani extra moenia Urbis, et pro ea E[minentissi]mo, et R[everendissi]mo D[omino] Card[inali] Petro Ottobono illius Abbati, et perpetuo Commendatario.

Scutorum viginti, et o[bulorum] 70 Venerabili Archihospitali Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum.

Scutorum undecim, et o[bulorum] 25 Rev[erenssi]mis Capitulo, et Canonicis SacroSanctæ Basilicæ Vaticanæ.

Scutorum trium Capitulo, et Canonicis Ven[erabilis] Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere de Urbe, in totum Scutorum centum, et decem, et o[ulorum] 21 monetæ.

Et Bononenorum<sup>12</sup> trigintasex favore Abbatia Sactorum Joannis et Pauli de Urbe, et pro ea E[minentissi]mo, et R[everendissi]mo D[omino] Card[inali] Petro Ottobono illius Abbati, et perpetuo Commendatario.

Ac insuper Cadorum<sup>13</sup> septem Musti Abbatia S. Clementis, et pro ea E[minentissi]mo, et R[everendissi]mo D[omino] Card[inali] Francisco Maidalchino illius Abbati, et perpetuo Commendatario.

Cdorum quatuor Musti Ven[erabilis] Ecclesiæ, et Patribus Ecclesiæ Sanctorum Cosmi, et Damiani de Urbe.

Aliorum Cadorum quatuor Musti Ven[erabilis] Ecc[lesi]æ S. Mariæ in Campitelli.

Aliorum Cadorum quinque Musti super Vinea d[ict]æ Tenutæ favore Abbatia Sancti Laurentij extra Moenia Urbis, et pro ea d[ict]o E[minentissi]mo, et R[everendissi]mo D[omino] Card[inali] Petro Ottobono illius Abbati, et perpetuo Commendatario.

Et aliorum Cadorum quatuor Musti Abbatia S. Sebastiani, et pro ea eidem E[minentissi]mo, et R[everendissi]mo D[omino] Card[inali] Petro Ottobono illius Abbati, et perpetuo Commendatario, sicque insimul Cadorum viginti quatuor.

Liberam, immunem, et exemptam ab omni, et quocumque alio [c. 483v] Censu, Canone, Livello, gravamine, responsione, et servitute, et non fuisse, nec esse suppositam, vel subiectam alicui fideicommissio purificato, seu purificando, nec alteri generi caducitatis, seu devolutionis, etiam ratione mox expressorum Canonum, Censuum, seu responsionum [...?] venditionem, et alienationem quomodolibet impediens[tium], nec alicui alteri persona &c. in totum, seu in parte venditam, datam, donatam, cessam, concessam, obligatam, hypothecatam, aut alias quomodolibet alienatam, seu distractam, alienationis vocabulo latissimo modo sumpto, nihilque aliud fecisse, nec factum aliquod ullo unquam tempore apparere posse in præiudicium

<sup>12</sup> - Bononenorus = bolognino Si veda 1) Treccani.it:« *bolognino*, Moneta coniatà dal comune di Bologna a cominciare dal 1191; fu poi detto *piccolo* quando nel 1236 fu emesso il b. grosso equivalente al soldo di 12 denari. B. d'oro si chiamò il ducato d'oro emesso a Bologna a cominciare dal 1380, della stessa bontà e peso del ducato papale del valore di 30 b. d'argento.» «*Bajocco*, Nome che appare la prima volta nel sec. 15° per indicare una moneta d'argento coniatà nelle zecche dell'Italia merid., del valore di 12 denari o di un soldo, imitazione del grosso bolognino; dato poi alla moneta d'argento di pari valore coniatà nella zecca di Roma e nelle altre zecche dello Stato della Chiesa. Successivamente il baiocco romano diminuì di peso e di diametro o di valore intrinseco, finché nel sec. 17° fu sostituito dal baiocco di rame; dal 1725 il valore di questo fu ragguagliato a 1/100 di scudo, e le sue emissioni si susseguirono fino al 1866 quando con l'adozione del sistema metrico decimale fu sostituito dal soldo. Nel regno di Napoli ebbero lo stesso nome alcune monete di rame coniate nel sec. 18°. 2) *Decisiones Sacrae rotæ romanæ coram R.P.D. Josepho Alphonso de Veri*, T. II, Roma 1787, p. 44: «hodiernis temporibus pro Bononeno dicimus bajoccum, qui est quaternorum quinque [...] antiquus bobobenus nihil differat a præsentis obolo, seu bajocco

<sup>13</sup> - *Dizionario compendioso di antichità del Sig. E. J. Monchablon*, ..., Venezia 1795, III ed., p. 116: «*Cadus*, misura antica per liquidi, la medesima che l'anfora.» A p. 67: «*Anfora*, misura dei Romani per i liquidi. Essa conteneva due urne e circa ventisette pinte, misura di Parigi.» La pinta di Parigi equivale a 0,952 litri.



præsentis venditionis, et alienationis, quam in solidum nominibus, et stipulationibus quibus supra promiserunt semper, et perpetuo esse, et fore bonam, veram, validam, et legitimam, beneque, valide, et legitime factam, et sibi ipsis dictis nominibus, et stipulationibus facere licuisse, et licere, et in eam tanquam talem facere consentire omnes personas &c. Ius, seu interesse aliquod desuper habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, quinimo omnem litem &c. in se ipsos, dictasque hæreditates in solidum suscipere, susceptamque prosequi, mediare, terminare pariter, et finire in omni Iudicio petitorio, possessorio, et mixto, ac in qualibet Instantia, et parte litis, etiam in articulo executivo, summario, summatijssimo, et detentativo, atque Salviani Interdicti, omnibus, et singulis ipsorum D[ominorum] Venditorum in solidum, ac suorum &c. sumptibus, et expensis, atque cum ipsorum Procuratoribus, et Advocatis, absque ulla cura, impensa, labore, et diligentia d[ictæ] Exc[ellentissimi]mæ D[omi]næ Ducissæ Emptricis, et suorum &c. quos semper, et perpetuo in quietam, et pacificam d[ictæ] Tenutam, ac Vineam, et canonum, eorumque Iurium, annexorum, et connexorum, et ut supra venditorum possessione, manutenere, et conservare, eosque ab omni lite, molestia, et molestante persona defendere, liberare [...?], et exbrigare, et hac omnia, et singula facere, curare, et adimplere nominibus, et Stipulationibus antedictis in solidum [c. 484r] promiserunt ad omnem solam, et simplicem etiam extraiudicalem requisitionem, et interpellationem eiusdem Exc[ellentissimi]mæ D[omi]næ Ducissæ Emptricis, et suorum &c. quibus remissa sit necessitas litem solemniter intimandi, sed quælibet, et quæcumque simplex notificatio, et interpellatio etiam dom[ini] dimiss[a] copia vel minus solemniter facta arctet, et officiat, perinde ac si formiter, et solemniter facta foret; alias in omnes, et singulos casus, et eventus præmissis, vel alicui eorum contrarios, illorumque, aut alicuius eorum contraventionis, vel inobservantiæ, aut nullitatis, invaliditatis, seu rescissionis p[re]sentis Contractus, omniumque, et singulorum in eo contentorum in toto, vel in parte ex prædictis, et alio quovis capite, titulo, iure, defectu, et causa etiam hic non expressa, et de necessitate exprimenda, quæ pro sufficienter expressa habeatur &c. ultra præcisam, et inviolabilem omnium, et singulorum in p[re]senti Instr[ument]o contentorum, observantiam, et ad implementum, ad quam, et quod semper, et perpetuo ipsi D[omini] venditores nominibus, estipulationibus antedictis in solidum non solum voluerunt cogi, et compelli posse, sed præterea eodem modo teneri, et obligatos esse tam ad restitutionem pretij, quatenus sic d[ictæ] Exc[ellentissimi]mæ D[omi]næ Ducissæ, et suis placuerit, quam etiam de omni, et quacumque d[icti] Casalis, seu Tenutæ, Vineæ, et Canonum, ut supra venditorum, eorumque Iurium, et annexorum generali, et particulari evictione, Iurisque, et facti legitima defensione in forma Iuris valida, et in Urbe consueta, hoc est ad duplum &c. semper, et perpetuo, ac toties quoties molestiarum, et evictionum casus evenerint, etiamsi evictio in totum, vel in parte, et in quovis iudicio etiam possessorio, summario, summarissimo, ac mixto, et in articulo etiam executivo, ut supra, et tam avocata, quam non avocata poss[essio]ne; [c. 484v] aut alias quomodolibet, quomodocumque, qualiter quovis tempore, et ex quovis capite, seu Causa sequatur nec voluerunt d[icti] D[omini] venditores se, ac eorum hæredes, et successores ullatenus excusari posse, etiamsi evictio p[er] malitiam, vel ignorantiam Iudicantium, et negligentiam Litigantium de facto, vel alias quomodolibet sequeretur, quia sic &c.

Præterea præmissis semp[er] salvis d[icti] D[omini] Contrahentes d[ictis] respective nominibus, et stipulationibus convenerunt, quod quatenus præfata Tenuta, seu Casale, Vinca, ac Canones ut supra vendita, eorumque Iura in totum, vel in parte quomodocumque evincerentur, vel alias quomodolibet super illis, eorumque Iuribus &c. d[icta] Exc[ellentissimi]ma D. Ducissa, vel sui molestarentur, aut molestationes aliquas reciperent, tunc, et eo casu eadem Exc[ellentissimi]ma D[omi]na Ducissa, et suis possint, et valeant ultra alia Iuris, et facti remedia ex præsentis contracti, et infrascripta generali obligatione in forma Camerae, ac alias quomodolibet, quomodocumque, et undecumque eis competentia, provenientia, et resultantia, ita quod una via electa &c. sed etiam propria auctoritate, et de facto absque decreto alicuius Iudicis, vel Curia mandato, ac sine vitio spolij, et attentatorum, nullaque præcedente intimatione, vel interpellatione iudiciali, seu extraiudiciali ad eorum primæva Iura prædicti Census, ut supra compensati, et per Exc[ellentissimi]am suam illius vigore, ut prænaratur, acquisita, redire, et reverti, itaut in omnes, et singulos casus prædictos Census prædictus omnino reviviscat, nec censeatur per p[re]sentem contractum novatus, et haberi non possit pro extinto, vel compensato, sed d[icta] Exc[ellentissimi]ma D. Ducissa, et suis &c. faciant suos, et consequantur fructus eiusdem Census perinde ac si illius capitale in pretium huius venditionis non fuisset deductum sub expressa [c. 485r] pleniori declaratione, quod in talem casum pro concurren[tia?] eiusdem Census fructus solvi, et exigi respective possint, et [...ant] in eius quantitate, non autem pro mensura fructuum recompensativorum ex d[ictis] Tenuta, Casale, Vineam, et Canonibus proportionabiliter tamen ad ratam in totum, vel in parte evictionis, vel molestiarum, et insuper Contrahentes quibus supra nominibus, et stipulationibus hinc inde expresse voluerunt, declararunt, ac protestati fuerunt, quod in talem casum idem Census et illius Iura censeantur remanere, ac præservata integra perpetuo illesa, et intacta, et citra ullam prorsus novationem, nec ullo unquam tempore etiam per lapsum centum, et plurium annorum præscribantur, et numquam sint, censeantur, et dici possint ab ipsa Exc[ellentissimi]ma D. Ducissa, et suis &c. abdicata, vel in aliquo diminuta, sed eadem Exc[ellentissimi]ma D. Ducissa, et suis illis in perpetuum uti valeant ad omnes, et singulos fines, ut supra

eis magis utiles, proficuos, et competentes, ac placitos, et benevisos, quam protestationem, et declarationem voluerunt haberi pro apposita, et adicta in principio, medio, et fine, et in qualibet parte p[ræ]sentis Instr[ument]i, ac in omnibus actibus sive iudicialibus, sive extraiudicialibus in sequelam, et emergenter a p[ræ]senti venditione quandocumque hinc inde gerendis, et faciendis, et non alias &c. ita quod &c. nedum isto, sed omni alio meliori modo quæ omnia &c. alias &c. de quibus &c. pro quibus &c. d[icti] Ill[ustrissi]mi D[omini] Don Antonius Minutillus, et Don Petrus eius filius prædictas hæreditates bo[næ] me[moriæ] Prosperi Senioris de Caffarellis fideicom[miten]tis, et d[icti] D[omini] Petri, et Annæ pro omni interesse illos tangente, necnon seipsos uti Pri[ncipa]les, principaliter, et in solidum, ac independenter ab omni qualitate successoria, et hæreditaria d[ictorum] defunctorum de Caffarellis, ac ipsorum hæredes &c. bona &c. et lura &c. præsentia, et futura in ampliori forma Rev[erendæ] Cameræ Ap[osto]licæ cum solitis clausulis &c. citra &c. obligarunt &c. et cuicumque appellationi &c. renunciarunt &c. consentientes &c. in mandatum executivum unica &c. et ita tact Cruce, et Scripturis respective &c. irarunt &c. sup[er] quibus &c.

Actum Romæ, Domi soliti hab[itationis] [...?] Iacobi Sardini Regio[nis] S[anc]ti Eustachij, p[ræ]sentibus D. Claudio Bucco fil[io] q[uondam] Joannis Romano, et D. Petro Casaglio fil[io] q[uondam] Joannis florentino Testibus

[...] Vin[cent]ius ren[...?]